



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 180. At ille respondens ait illi tu dicis. v. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

Ego hic non possum omittere quin admirer tersum Iudicium & acumen Pilati, qui ambages omnes, ita pulchre præcidit & Actoribus & reo, ut ad substantiam terminandæ questionis tanquam ad fundum pene trans, ibi questionis ponat initium, ubi apud alios leguleos & semidoctos Aduocatos vel Iudices erat habitura exitum. Laudo te Romana Respublica quæ tales habuisti viros intelligentes sapientiam humanam. Felix eras cum tales habebas quales nos sæpe nunc inter Rectores urbium, Pagorum & Provinciarum desideramus. Non miror iam te à Christo esse celestem, in qua suum Euangelium, non solum prædicaretur, sed Vicarius eius sedem æternam ex ordinatione Petri Apostoli obtineret. Salve Roma, salve Mundi Domina, sedes Vicarij Christi, vires Iudicij vniuerso mundo in numero tu dedisti.

§. 180. At ille respondens ait illi tu dicas. v. 2.

Sicut Pilatus sincere & non ficto animo quarebat veritatem à Christo sibi dici an Rex esset, ita etiam Christus Dominus cum veritate sincere ei respondit, dicens: Tu dicas nempe verba tua, interrogatio tono prolatæ, si efters pronuntiatorio, seu definitorio tono eadem, phrasæ, & verbis quæsuisti & respondisti, qua in forma loquendi pulchra & Christo Domino propria, credo admiratus fuit Pilatus Romanus, quantumvis paucorum verborum, admirandam ipsis Romanis Breuiloquentiam, & consequenter prudentiam, quoniam tanto solent esse homines verbosiores, quanto minus sapiunt, iuxta illud, *Vasa vacua plurimum tinniunt.*

A Doro te Domine Deus meus, & in te suspicio, non solum Spartanam breuitatem in sermone, sed & Romanam, imo Romana ipsa maiorem. Huius tuae breuiloquentiae, sed copiosæ & abundantis sapientiae, exempla fuit mater tua S. Maria, septies illam locutam esse reperio, sed ô Deus quam prudenter, quam breuiter extra laudes Dei. Eandem SS. tu plurimi imitari semper studuerunt, nemo non magnificerit. Inde ordinum factorum silentium, apud aliquos perperum, apud alios certis locis & temporibus definitum, fuit spiritu S. suggestente enatum, ut non solum carent vana, & mendacia colloquia, sed & non necessaria..

§. 181. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. v. 3.

Multa breuitatis amans, facile intelligenda ex paucis, Sacer scriptor translit, inter quæ est, quid Pilatus audita ingenua & valde prudenti confessione Christi egerit, & Iudeis dixerit, seu responderit, & illi vicissim revertserint, & Pilatus ad specificandos accusationis articulos adegerit. Post

Q 3

hæc